Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·CC·lxvi·

277

osianus dñm Quasi diluculū parans est egressus eius et veniet
quasi ymber nobis tempaneus et serotinus terre Quid faciam
tibi effraim quid faciam tibi iuda misericordia vestra qui nubes matutina et
qui ros manans pertransiens Propter hoc dolavi in prophetis et occidi
eos in verbis oris mei et iudicia mea quasi lux egredientur Quia
misericordiam volui et non sacrificium et scientiam dei plus quam holocaustum Aliud
Exspecta me dicit dñs in die resurrectionis mee in futurum quia iudicium
meum ut congregem gentes et collisam regna Et effun
dam super eos indignationem meam omnem iram furoris mei In
igne enim zeli mei devorabitur omnis terra quia tunc reddam populis labi
um electum ut vocent omnes in nomine dñi et seruiant ei humero uno Vltra
flumina ethiopie inde supplices mei filii dispersionis meae deferent
munus michi In die illa non confundis super omnibus adinuentionibus
tuis quibus prevaricata es in me Quia tunc auferam de medio tui
masuiloquos superbie tue et non adicias exaltari amplius in monte
sancto meo Et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum et
sperabunt in nomine domini reliquie israel Non facient iniquitatem nec loquentur
mendacium et non inuenietur in ore eorum lingua dolosa Quia ipsi pascentur
et accubabunt et non erit qui exterreat De apostolis euangelicis moribus
Vos sancti dei vocabimini ministri dei nostri Licet vobis
fortitudinem gentium comedetis et in gloria eorum superbietis
Pro confusione vestra duplicia et rubore laudabitur
pars eorum Propterea in terra sua duplicia pos
sidebunt letitia sempiterna erit eis Quia ego dñs diligens iudi
cium odio habens rapinam in holocaustum Et dabo opus eorum in
veritate et fedus sempiternum feriam eis Et scietur in gentibus se
men eorum et germen eorum in medio populorum Omnis qui videbunt